



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione  
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 90118286**

§. 166. Ultimum supplicium Joannis de Monte acuto.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

aulæ regîæ magistrum, qui Filium suum Sæcul. XV.  
A. C. 1409.  
 connubio sociabat Filîæ Alebreti supre-  
 mi Regionum exercituum Præfecti, Filias  
 vero suas omnes cum nobilissimis Regni  
 Proceribus copulabat. Hujus in interi-  
 tum Burgundiæ Dux, & Rex Navarrae,  
 jurati ejus inimici conspirarunt, eorum-  
 que instinctu atrocissimorum criminum  
 accusatus a Petro des Effarts Parisiensi  
 Præfecto custodiæ mancipabatur.

## §. CLXVI.

*Ultimum supplicium Joannis de Monte-  
acuto.*

Ergo examini & tormentis subjectus  
 Joannes, quamvis nihil omnino con-  
 fiteretur, capitis tamen sententia damna-  
 tus est, qua percepta Joannes regia  
 æraria a se expilata, & quæcunque alia  
 crimina ultro aperuit. Quapropter capi-  
 te plectitur, corpøris truncus patibulo  
 appenditur, & caput abscissum in loco,  
 cui nomen Montfalco, palo infixum ex-  
 ponitur. Ejus tamen filius Laudonensis  
 Vicecomes ob summam, qua pollebat,  
 auctoritatem brevi Patris sui memoriam  
 pristino honoris splendore illustrabat, ejus-  
 que corpus ex altesato loco sub honori-  
 fico Sacerdotum comitatu & luminum  
 apparatu ad Patres Cælestinos de Mar-  
 cassio,



Sæcul. XV. callio, quorum Monasterium condiderat,  
A.C. 1409. transferri curavit.

## §. CLXVII.

*Cardinalis Barenfis in Franciam Legatus.*

*Monach.  
 S. Dionys.  
 l. 29. c. 7.*

**D**ecernitur Ludovicus Cardinalis Barenfis Legatus in Gallias, qui, cum Lutetiam Parisiorum die quarta Septembris salutasset, Navarræ Regem unacum Ducibus Bituricensi, Burgundo & Borbonio obviam habuit, ab eisque, cum eandem urbem solemnî pompa intraret, per urbem deductus est: datum id hujus Viri nobilitati, ac generis sui præstantiæ, suam enim originem ducebat a Maria de Francia, Joannis Regis Filia, ac Roberti Barenfis Ducis uxore.

## §. CLXVIII.

*Sessio XX. Florentinorum & Senensium Oratores auditi.*

**D**um interea Pontifex totus in eo erat, ut suam electionem Principibus notam faceret, habita est Concilii Sessio vigesima, die Mercurii decima Julii, quæ erat secundaj sub Alexandri V. Pontificatu. In ea admissi fuere Florentinorum

ac